

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. XII. Tenetur pœnitens implere pœnitentiam acceptatam pro prima opportunitate, nisi certo tempori sit affixa: dilatio tamen non semper est mortalis, tametsi terminus impletioni fuerit præfixus: ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

minans, non unquam per  
actionis effectum, nec  
per aliam; debebat ergo  
Hæc ille.

Ali: Si aliquis ex plurimis  
bet ante se positas unius et alia  
re, nisi aliquam deter-  
ferrata; quia non est tra-  
quæ illa.  
ritas est, quod hostia sit  
consecrationis, & con-  
fessio, à cuius sola voluntate  
obligatio materie, ut pro-  
prorsus sit ratio, quæ  
confessio reflectari. At  
audito Missa in peni-  
tentiæ est materia essentialis  
et neque penitentes pro-  
ficiunt, sed potius sul-  
lis sola voluntate depen-  
dunt sacramentis, sed  
confessarii, qui propriæ est  
etiam determinat: jam  
confessarius determinat pri-  
or aliquid obstat; nam, ut  
sequenti Conclusione  
sacerdoli pro prima opportu-  
nitate confessarius declaravit;  
id est, ut determinata est, ut  
penitentiæ penitentia, nisi  
est penitentiæ exclusio.

actum materie in Ordine  
anguni, juxta eundem  
uniorem sententiam, de simili  
intentione etiam habi-  
non sufficiat in adulto?  
tro casu. Quamvis enim  
e voluntaria, quia pra-  
petar parvulus; equidem  
integralis Sacramenti, &  
iūs, quam ministrans  
sufficit voluntas habitu-  
ationem, similiter dolor  
habitualis, id est, do-  
Confessio non revocari,  
iat voluntas satisfaciendi  
satisfactio subsequens, per  
levata ad effectum sacra-  
mentalis, seu pars in-  
tentio?

altra possit objici, quod  
m. Et ideo transe ad  
suprà propositam, sci-  
teneatur penitentia im-  
punitam? Ad quam Respon-  
sionem?

CON-

## CONCLUSIO XII.

Tenetur penitentia implere pœni-  
tentiam acceptatam pro prima  
opportunitate, nisi certo tem-  
pori sit affixa: dilatio tamen  
non semper est mortalæ, tam-  
en si terminus impletioni fuerit  
præfixus, nisi obligatio cum  
termino expiret.

247. Confessio  
plus per se  
loquendo  
non possit  
obligare ad  
executio-  
nem panti-  
tentia ante  
Absolutionem,

P rænotandum, Confessarium per se lo-  
quendo non habere jus, obligandi pœni-  
tentem ad implendam pœnitentiam, priu-  
lquam illum absolvat. Dico: Per se loquendo,  
quia per accidens, v. g. si merito timeat pœni-  
tentem eam non adimpleretur post datam  
Absolutionem, poterit id justè facere ut docet  
Suarez h[ab]it. disp. 38, sect. 7. n. 7. Sicut etiam  
ad probandum dispositionem penitentis pot-  
est, & interdum debet Sacerdos non abso-  
lvere, donec impletat pœnitentiam, in præ-  
denti Confessione impositam, & inquit ac fa-  
più omissem; quamquam in hoc prudenter  
necessaria sit, ne per illam dilationem Abs-  
olutionis avertatur penitentia à Confessione.

248. Sententia  
Heinrich  
non possit  
impleri fa-  
miliatio-  
ne Absolu-  
tionem,

Sed contraria; constat quidem ex usu, satis-  
factionem impleri posse post Absolutionem;  
verum non posse impleri ante Absolutionem,  
nescio quomodo hoc ipsi constet ex usu. Fa-  
tor, communiter penitentes non implent  
pœnitentias ante Absolutionem, quod suffi-  
cens signum est, non esse obligationem im-  
plendi, præserit cum pœnitentia sepiissime  
tales sint, que non possunt impleri commode  
ante Absolutionem: si tamen Confessarius  
imponeret pro pœnitentia, v. g. unam salu-  
tationem Angelicam, quod penitentia tali casu  
non posset eam recitare ante Absolutionem,  
ex quo usu probatur? Int[er] apud Græcos (in-  
quit Lugo h[ab]it. disp. 14. n. 170.) sic solitum  
fieri, ut nemo ante expletam pœnitentiam  
absolveretur, dicit Palatius in 4. dist. 15.  
qu. 1.

249. Responde-  
tur ad ca-  
nonem.

Ad rationem respondeo; ex ea solùm sequi-  
satisfactionem, imploram ante Absolutionem,  
pro illo tempore antecedenti non obtinere

suum effectum; quod autem accidente Absolu-  
tionem, & per Absolutionem subsequentem  
non possit delere residuum pœnae restantis  
post culpam remissam, unde probatur? Si  
ablution, præcedens formam Baptismi, potest  
adveniente formâ delere pœnam restantem  
post culpam remissam, cur id ipsum non po-  
terit facere satisfactione? Igitur, siervo meliori,  
licité impletur satisfactio ante Absolutionem,  
quamvis pro tunc non habeat suum effectum  
ex opere operato.

Dico: Ex opere operato, quia cùm per Con-  
fessionem Charitate perfectam ante Absolu-  
tionem non raro peccata sint remissa, etiam  
ante Absolutionem poterit delere residuum  
pœnae restantis post culpam remissam, delere,  
inquit, ex opere operantis, ut clarum est.

Eminverò ante Absolutionem, non minus,  
quam post eam, est actio bona & pœnalit, cur  
ergo non erit satisfactio ex opere operantis?  
Fiet autem sacramentalis, & consequenter sa-  
tisfactio ex opere operato, dum informabit  
formâ Absolutionis, eo modo quo Con-  
tritio & Confessio sunt partes Sacramenti  
Pœnitentiae per Absolutionem subsequentem;  
aut concomitante, sine qua minimè tales  
partes essent, estō alioquin actiones bona &  
meritoria de condigno in homine justo gratia  
& gloria.

Nec aliud forte voluit Scotus 4. dist. 16.  
q. 1. n. 7. dicens: Satisfactione debet legi Sacra-  
mentum Pœnitentia ad hoc, ut habeat efficaciam, &  
hoc in re, vel in voto, nisi index posset perpendere  
illapasas, alias præcedentes, sufficeret ad totalem  
panem solutionem. Ista enim sententia Sacerdotis sic  
absolvit, quod tamen ligat. Absolvit quidem à de-  
bito pœnae aeternæ; sed ligat ad solutionem pœnae tem-  
poralis, nisi sit sufficienter iam soluta. Ipsa etiam  
vel nullo modo absolvit, vel saltem non sufficienter, nisi  
ille reus sit in se debito modo dispositus: quia Sacra-  
mentum est signum Absolutionis interioris, que in-  
terior non concordatur, nisi sit debita dispositio in  
mente interiori absolvendi.

Non ait Doctor: Satisfactione debet impleri post  
Sacramentum Pœnitentia, leu, post Absolutionem, in  
qui, secundum ipsum, constituit essentialiter  
Sacramentum Pœnitentia, sed, inquit, Sa-  
tisfactio debet sequi Sacramentum Pœnitentia ad hoc,  
ut habeat efficaciam, id est, satisfactione non ha-  
bet effectum ex opere operato, nisi prævia  
Absolutione sacramentali, que est forma, im-  
mo tota essentialiter dicta hujus Sacramenti.

His ita prænotatis, accedo ad Conclusio-  
nem, cujus prima pars est communis, & pro-  
batur à simili: quia votum, emissum ablique  
temporis determinatione, obligari pro prima  
opportunitate, id est, teneris istud reddere, i. opportu-  
nitate.

251. Probatur ta-  
pars Concl.  
à simili in  
voto, quod  
obligari pro  
opportu-  
nitate.

D d d d d q. 2 Prg-

**Lex Promissor** §. 1. ff. de Constit. pecun. ibi: *sic si è die constitutas, potest quidem dici te non teneri, tunc verbis editi latè pateant, aliquum & confessum agi tecum poterit, si statim in confessuisti, non solvas, sed modicum tempus statuendum est, non minus decem dierum, ut exactio celebretur.*

**Deuter. 23.** *Hinc scriptum est Deuter. 23. v. 21. Cum retum voreris domino deo tuo, non tardabis reddere: quia requirit illud dominus deus tuus: & si moratus fueris, reparabitur tibi in peccatum.*

**Eccle. 5.** *Et Eccl. 5. v. 3. Si quid rovisti deo, ne moriris redere: displiceat enim ei infidelis & stulta promisio.*

**Ratio à priori** 252. *Ratio à priori: quia si tale votum non obliga pro prima opportunitate, nullà certâ ratione poterit designari tempus, pro quo obligare incipiat, quia votum ex se seu natura sua non magis exigit impleri hoc tempore, quam illo; nisi ergo votens, suam voluntatem certum tempus determinaverit, vel confessum tenetur reddere, vel numquam; cum non sit major ratio quare hoc mente, vel anno tenetur, quam sequenti.*

*Atque hæc est communis sententia de obligatione voti omnino indeterminati. Ergo similiter argumentandum de præcepto Confessarii, quando omnino est indeterminatum, non præfigens diem, aut horam, mensem, vel annum, quo penitentis debet penitentiam implere; cum enim certum sit quod aliquando, teneatur, incertum autem quando, nequit alia regula certa assignari, quam prima opportunitas.*

**Explicitur Lex Promissor** §. 1. ff. de Constit. pecun. *Nam quod in Lege suprà allegata dicitur: Sed modicum tempus statuendum est, non minus decem dierum &c. speciali est, ut nota gloria ibi verb. Modicum, ubi sic ait: Modicum scilicet ex aquitate, quo impletio intelligitur non fecisse, & est decem dierum, ut dicit hic lex: sed alter ponitur Modicum sup. de iudeis. l. Si debitor. Et sup. Ex quibus caus. mai. l. Ab bofibus §. Sed quod. & alter infra de isti. actus, pri. l. 1. §. 1. & sunt haec specialia. Hucusque glossa.*

**L. fin. C. de Iudicis.** *Ceteroquin C. de Judicis leg. finali per ly illud intelligitur triduum ibi: Illico autem, id est, intra triduum proximum sine illa dilatatione &c. Similiter explicatur ex continent leg. finali Cod. de errore advoc. ibi: Neque causa palam ex continent, id est, triduo proximo contraxisse. Quapropter existimo conformiter his ultimis iuribus, est penitentia illæ, seu, ex continentia foret adimplenda, sicut revera adimplenda est, nisi certo temporis affixa, ut habeat Conclusio, existimo, inquam, non peccare, qui intrâ triduum illam adimpler, siquidem triduum communis hominum estimatione censur prima opportunitas, seu tempus moraliter commodum, & sufficiens pro adimplitione aliquicui obligationis, nisi aliquid aliud obstat.*

**253.** *Interim non quilibet dilatio ultra istud non quilibet tempus erit mortalis, cum non censeatur*

Confessarius cum tanto rigore voluisse obligare ad circumstantiam temporis, quando ex <sup>tempore</sup> presé nullum tempus determinavit. Immo nam tametsi certum tempus determinasset, ut sit videbimus. Hinc oritur diversitas sentiarum in assignanda nimia dilatatione, qua possit sufficere pro peccato mortali.

Atque in primis semper præcavendum est, periculum non adimplendi satisfactionem, vel propter oblivionem, vel alunde, si ulterius hoc in completio differatur. Nonne peccatum mortaliter, qui differt Communione palechalem in ultimum diem, in quo prævidet se adimplendum? Planè, si obligatio sit affixa illi tempori, in ut cum tempore expiret, & tamen, seculo illo impedimento, posset absque ullo pecato suam Communionem in illum diem differe. Cur ergo non potest, quando prævidet impedimentum? Ratio: quia tunc per illam dilatationem exponitur proximo periculo, numquam adimplendi legem illum, graviter obligantem, cum tamen possit, & debet illam implete.

Ergo consummabit in casu praesenti, est hic & nunc non obligat graviter satisfactionem, sed posset differri in aliud tempus; tamen supposito periculo proximo oblivionis, vel impotentiae adimplendi, ex dilatatione, id est, nisi hic & nunc satisfaciat, tenetur sub peccato mortali, si reliqua adsin, hic & nunc satisfaciat, esti aliquin, seculo illo periculo, posset ultra dies differre. Et eadem ratio militat in dilatatione votorum, etiam minima, ex qua oritur tale periculum, quamvis tunc melius dicatur nimia.

Si dixeris: non peccat mortaliter, qui differendo Confessionem usque ad finem anni, exponit se periculo non confundendi aliquod peccatum mortale propter oblivionem.

Respondeo, dilatatem esse; quod preceptum Confessionis non obligat, nisi ad confitendum ea peccata, quorum penitentis post diligenter sui discussionem conscientiam habet illo tempore, quo Confessio est influita. At vero satisfactione absoluto imponitur, & non cum illa clausula: *Cuius penitentis post diligenter sui discussionem conscientiam habet; ergo absoluto adimplenda est, & præcavendum omne periculum obliuionis, & alterius imponentiae adimplendi.*

Et idem est de voto, ut expresso doceatur. D. Antoninus p. 2. tit. 11. c. 1. §. 2. hinc verbis: Qui vorit intrare Religionem, si ex morta circa dispensationem temporalium, probabiliter timer perpetuum impedimentum, putat contrahendo Matrimonium & hujusmodi, tali tenetur ulterius non differe, & ex hoc videtur, quod talis in hujusmodi dilatatione peccet mortaliter; quia exponit se periculo mortal, scilicet transgrediendo votum. Et idem videtur de differentibus imponentiis

**Minor morsa** in voto R<sup>ea</sup> legioris & similibus quam in aliis. Secund.

256.

**Quod cum proportione applicari debet satisfactionis.**

**Dicibilis** spūt. 1. casum pus, expref. remed. life po. Itaque quand. latutin. pote d.

S. tamen ex ipso import regina tonin. Ub' dicuntur.

c. 14. vino o ligioni in per minor Ratioc. refidu obsequi vini pa Quid tingit chez.

Quo

tia, à C quedam solum torum turoru nes, j auxiliu caro, si multa re care portio ta est t quan realis dem te dilatatio propte d.

Et c. sub pra plen Multa obtine & tan fessarii actus s ber si latutin pote d.

Ver sput. 1. casum pus, expref. remed. life po. Itaque quand. latutin. pote d.

## Sect. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 12. 949

nto rigore voluisse obli-  
n temporis, quando  
as determinavit. Immo  
bus determinasset, ut li-  
oritur diversitas senten-  
tia. Minima dilatione, que pos-  
to mortalitatem.  
emper præcavendum erit tem-  
pore satisfactionem, vel dilata-  
lendi satisfactionem, vel dilata-  
tionem, vel aliounde, si uteriusque  
Nonne peccat mortaliter, et  
in voto Religionis &  
similitus quam in  
aliis votis.

Minor mora  
et mortalis  
in voto Re-  
ligionis &  
similitus  
quam in  
aliis  
votis.

256. Quod cum proportione de peniten-  
tia, à Confessario injuncta, dici debet: v. g.  
quædam prescribuntur à Confessario, non  
solum in satisfactione præteriorum pecca-  
torum, sed potissimum in præservatione fu-  
turorum, ut sapientiam orationes, flagellatio-  
nes, jejunia, & similia, quibus & divinum  
auxilium promeretur penitentis, & rebellis  
caro domatur, ut serviat spiritui, que opera  
si multum differantur, toto dilationis tempo-  
re caret homo iñ remedii: adeoque cum pro-  
portione tanta pars penitentia auferatur, qua-  
ntum tunc temporis mora: cum proportione,  
in quam; quia in casu Religionis auferitur pars  
realis obsequii divini, hic autem datur qui-  
dem totum jejunium, quod suisset datum sive  
dilatione, sed auferatur fructus intermedius;  
propter quem tamen jejunium erat impositum;

Et quævis effectus satisfactionis non cadat  
sub præceptum, ut patet in illis, qui eam im-  
plent in statu peccati mortalis, qui secundum  
Multorum sententiam, pro tunc saltē non  
obtinet remissionem peccatum temporalium,  
& tamen revera implent præceptum Con-  
fessarii; equidem videtur taliter debere fieri  
actus præceptus, ut per se loquendo possit ha-  
bere suum effectum, jam autem jejunium di-  
latum ad unum annum per se loquendo tem-  
pore dilationis non potest habere effectum.

257. Dicat illa, hic ver-  
Religionem, si ex mo-  
temporali, & proba-  
m impeditum, putat  
nūm & hujusmodi, ta-  
on differe, & ex hoc  
in hujusmodi dilatione  
quia exponit se pericula  
sogrediendo vorum. Et  
sentibus impletione-

aliorum vororum per multa tempora, cùm  
tamen commode possint, & recordentur, &  
ex ipsa nimia dilatione, vel obliviscuntur, vel  
impotentes redduntur, ut senes ad longam pe-  
rigrationem, & hujusmodi. Huculque An-  
toninus.

Ubi nota ly *Per multa tempora*, quod non  
dicitur de voto Religionis, sed de aliis votis.  
In votis illis, inquit Sanchez Sum. lib. 4.  
c. 14. n. 22. quibus quis in perpetuum se di-  
vino obsequio emancipat, ut sit votum Re-  
ligionis, assumendi Ordinis faci, serviendi  
in perpetuum Xenodochio, dijudicanda est  
minor mortis mortalitatis, quam in aliis votis.  
Rationem assignat ex Antonino suprà §. 1. &  
aliis Auctoribus: Quia cùm in his votis totum  
residuum tempus vita Deo dicetur in ejus  
obsequium, differens ea, tantam obsequii di-  
vini partem auferat, quanta est temporis mora.  
Quod in aliis votis temporis minimè con-  
tingit, sed integrè postea redduntur. Ita San-  
chez.

258. De secundo casu nimia est diversitas op-  
tionum (sicuti solet in his, que pendent à  
morali iudicio prudentum) tunc enī, eti-  
mā präfatio tempore satisfactio non impletatur, alio  
tempore potest impleri, adeoque solum differ-  
tetur ejus impletio; cumque illa dilatio habeat  
magis, & minūs, sicut dixi, maxima varie-  
tas opinionum; quoniam quod uni videtur exi-  
guia mora seu dilatio, ab alio iudicatur gravis.  
Quæritur ergo, an sola dilatio satisfactionis,  
aliquin certo tempori affixa, semper sit mor-  
talis, an vero semper venialis, vel certe quæ  
dilatio sit mortalis, & quæ venialis.

Thomas à Iesu in Tribunali conscientiæ sententia  
tract. 3, c. 1. dub. 9. sic ait (ut refert Dia-  
na p. 3. tract. 4. r. 1. 92.) Dicit aliquis,  
quod peccatum est, non facere penitentiam  
tempore à Confessario determinato. Respon-  
det: Ordinari est peccatum veniale neglig-  
entia, quando sine causa differtur; sed quan-  
do cum justa causa differtur nullum est pec-  
catum.

Sancius in Selectis disp. 13. nu. 9. inquit: 259.  
An inadverito non transgressorum peniten-  
tiam illum, cui esse iustum intrā unum men-  
sem confitendum fore, si per tres, vel quatuor  
dies ultra mensem, Confessionem differtet,  
præsumt ex causa; quia non potest esse ma-  
gnum damnum in mortis modici temporis l. s. debitor. 1. Et si post tres d. Si quis cautionibus.  
Et idem iudico si votum effet emissum de  
Confessione agenda: non enim ita mathema-  
ticè præfigendus est terminus, nec Deus adeo  
rigorosus exactor erit judicandus.

Immo si intrā octo dies, à mense clauso,  
solemnis aliquis dies sequeretur, vel Jubileum,  
posse differti Confessionem usque ad illum  
diem mihi persuadeo, si agere penitentem ferret  
hic intrā octo illos dies confiteri, vel Jubileum  
non lucrari. Ad maiorem tamen securitatem,  
si commode possit, petat ab eodem Confess-  
ario differt terminum, vel ab alio: qui sicut  
commutare posset penitentiam illam ex causa,  
potius terminum elongaret; quod minus qui-  
dem est. Hæc ille.

Et n. 10. ibidem scribit in hac verba: Possit anticipari per octo dies minime dubito, ex causa illa Jubilæi, vel solemnis diei. Quod si per tres hebdomadas Confessionem præveniret, forte non implebit præceptum, cùm mens jubentis eō tendat, ut per mensam cūr pœnitens mundam habere conscientiam: certior namque experientia sumitur emendationis pœnitentis per spatiū unius mensis, quām unius hebdomadæ. Hactenus Sancius.

**260.** **Cardinalis Lugo** disp. 25. n. 90. Si, inquit, **Opinio Lu.** Confessarius præcipiat non differe Confessionem ultra mensem, & diffatur per unum diem ultra mensem, non auderem illam dilationem condemnare ut mortalem. Hæc ille. Intellige, si tempus istud solùm ut terminus oblationis possum sit, & non ob aliū re-

**Probatur à famili.** Probat à simili: Nam si tibi, inquit, promisi intrà hebdomadā reddere mutuum, & diff. ran per duas horas post hebdomadā, non videor tibi grave damnum inferre, nec violare promissionem in re gravi.

Sin autem Confessarius determinaverit tempus, intendendo frequentiam operis injuncti, & simul alligando ad tale tempus, v. g. ut singuli mensibus semel saltē confiteatur, vel Eucharistiam sumat; ut singulis hebdomadis recitet septem Psalmos &c. In his, inquit Lugo suprà n. 91. & similibus, credo, si materia sit gravis, non posse sine peccato gravi diffiri ultra illum terminum, atque ideo pescare graviori, si intrà illum mensem non confiteatur, vel accipiat Eucharistiam.

**261.** **Probat ex ratione.** Ratio est; quia ille, si vel unā die differet Confessionem, & hoc toto mense non confiteretur, sed primā die mensis secundi sequenti; planè non teneretur mense tertio sequenti iterum confiteri: quia præceptum est de una Confessione in uno mense: quare cùm jam intrà illum secundum mensem confessus fuisset, non teneretur ad aliam Confessionem illo secundo mense, atque ita duobus mensibus semel tantum confiteretur, quod est contra mentem Confessarii.

Fatendum ergo est, in iis præceptis, licet tempus alsinetur ut terminus, ultra quem non differatur opus injunctum; alligari tamen sub obligatione gravi ad illud tempus, eō quod dilatio præjudicium afferret materiae præcepta, ut vidimus, quatenus ex duplice Confessione v. g. redderetur una, si prior Confessio extraheretur à suo tempore determinato. Huculque Eminent.

**262.** **Ab hac opinione non dissentit Auctor, si verum est, ejus supponit.** A quo non dissentit, si verum est, quod supponit, scilicet primam Confessionem, seu Confessionem primi mensis, voluntariè & sine causa omillam; amplius non obligare; quippe eo casu non est sola dilatio satisfactionis, sed absolute omissionis partialis satisfactionis, adeoque judicandum est de gravitate ejus simili modo, ac si unica Confessio

præsentis mensis fuisset imposta; sicut ergo ille peccaret mortaliter, qui illam unicam Confessionem omitteret, supposito, quod cum tempore expireret obligatio, quid nitiam, qui in casu præcedenti omittet Confessionem primi mensis, estò confiteretur secundo, & tertio mense? Non est alia dilatatio, quod Confessio in uno casu sit integra factio, in alio autem casu pars satisfactionis: jam autem non tantum est mortale omittere totam satisfactionem, sed etiam notabiliter ejus partem, qualis indubie est illa Confessio.

Sin autem cum primo mense non expireret obligatio, & pœnitens primo die secundi mensis confiteatur, rursumque in medio vel fine ejusdem mensis, non video, quare tali casu peccaret mortaliter, per illam dilationem ad unum diem post primum mensem, eō quod dilatio parvum aferat prejudicium materiae præcepta, ut patet: quia hæc trium mensium tertio confitetur; adeoque habet frequentia Sacramenti, quam Confessarius intendit, & mora unius diei nimis exigua videtur ad constitutendum peccatum mortale.

Ponamus casum, quod promiserit Petrus reddere mutuum trecentorum florenorum; ut singulis partibus, singulis septimanis centum florenos putas, si primâ hebdomadâ differam solutio- nem ad primum diem hebdomadæ sequentes, non posse sine peccato mortali- lam dilationem? Scio, quia non putas nisi speciale dampnum inde emerget Petrus, vel lucrum cessaverit: sic tamen ut eadem septimana tenerat alios centum florenos solvere, quia solutio facta primâ die secunde septimanae, moraliter erat solutio prima septimanae, sive debiti prima septimanae; ergo restat adhuc debitum secunda septimanae, cui prouide in eadem septimana satisfaciendum.

Ergo similiter in postro casu, cùm confiteretur Confessarium voluisse triplicem Confessionem, singulis mensibus unam, eīd pœnitens differat Confessionem primi mensis una die, & ex capite peccet venialiter, equidem non liberatur ab obligatione trium Confessionum; ideo quæ debebit sequenti mense binas facere.

Dices; qui hoc anno non fuit confessus, ut debuisset ex præcepto Ecclesiastico annuam Confessionem, non tenetur sequenti anno bis confiteri, sed unicâ Confessione satisfacit obligationi utriusque anni; ergo similiter hic. Respondeo; Antecedens valde efficit dubium, & à multis negari, ut pater ex dictis Sect. 6. Concl. 9. attamen, quia eo loci partem affirmativam tenuit, ideo Respon. hoc loco Neg. Conf. Ratio disparitatis; mens seu voluntatis Confessarii, qui determinavit tempus, in- tentendo frequentiam operis injuncti, tum ad rectificandam nova vitæ custodiā & infirmitatē medicamentum, tum ad præteriorum peccatorum dilatio-

vindicta est, tre- præal- Cùm impon- bus, e- ret cum tem, qu- obligat. Ven- gatione quens p-

Qua- nu- multis Ecclesi- contradi- luntari- ne plor- norum Confessi- nungua- Confessi- unicam nitens fessus : omnes :

263. Hæc vel non sic exprimantur. c. 14. eccl. cedere jejunio cum tam (ür dicit esse rat prehen- id votum diem pri- qualis cum fr sub vo- tempus obli- ita rigi- judicetur no- tabilitis.

Sententia Tho. San- chetz.

Et lehal- etiam- fit. D. elapso.

266. Erga que oppo- fi. 90. sententia opini- nioni Lugo- nis.

## Sect. 13. De Satisfactione sacramentali. Concil. 12. 951

isset imposta; sicut ergo aliter qui illam unica teret, supposito, quod obligatio, quid in etiam dienti omittetur. Confessio n est confiteretur secundo, non est alia dispartita quam uno casu sit integrum, in casu pars satisfactionis, etiam est mortale omnitem, sed etiam notabilem, sed indubit est illa Con-

primo mense non expiret, sed primo die secundi mes sumque in medio vel fine video, quare tali casu, per illam dilatationem ad unum mensem, et quod erat praedictum materia t: quia spacio trium mensur; adeoque habetur fr. quam Confessarius iunius diei nimis exigui vi um peccatum mortale.

quod promiserim Petro centorum floreros per manus centum floreros, domadā differant solitaria, in hebdomada sequente, peccasse mortaliter per illo, quia non putas, nisi dē emerxit Petro, vel sic tamen ut eadem septuaginta floreros solverit, cum die secunda septimae solutio primae septimanae, optimana; ergo restat ad septimanam, cui proinde faciendum.

nostro casu, cum constet et triplicem Confessionem, et, etiam penitentis differunt mensis una die, & exco, equidem non libera- um Confessionum; idem mense bins faceat, non sicut confessus, ut ipso Ecclesiastico annus vici- tetur sequenti anno non Confessione satisfact ob- vii: ergo similiter hic.

edens valde esse dubium, quod patet ex dictis Sect. 6.

qua eo loci partem affi-

Reipon, hoc loco Neg. Dif-

feritatis; mens seu voluntatis, ut-

teminavit tempus, in-

opere injuncti, tum ad

tempore

& infirmitatis medice-

teritorum peccatorum posse

vii-

265.

Sententia  
Tho. San-  
chez,

vindictam & castigationem: certum autem est, tres Confessiones amplius conducere ad praelegatos fines, quam duas tantum.

Cum ergo possit velle duas Confessiones imponere, immo tres, & plures singulis mensibus, ex hypothesi, quod obligatio non expirat cum ipso mense, liquet profecto, penitentem, qui primo mense omittit Confessionem, obligari secundo mense ad duas Confessiones. Vel si hoc durum tibi videatur, dicio, obligacionem expirare cum mense, & per consequens penitentem peccare mortaliter omitendo Confessionem.

Quantum ad preceptum Ecclesiasticum annua Confessionis, constat Ecclesia, istud a multis Doctoribus sic explicari: cum ergo Ecclesia non contradicat, estō facile posset contradicere, eo ipso lati significata, sua voluntatis esse, ut possit satisficer una Confessione pluribus obligationibus praecedentium annorum, praesertim cum finis illius legis sit, ne Confessio ulterius differatur cum periculo numquam adimplendi preceptum divinum Confessionis, qui finis perfecte obtinetur per unicam Confessionem presentis anni, estō penitentis per 50. & ultra annos non sufficit confessus: ergo non est ratio cum obligandi ad omnes Confessiones prius omisfas.

Hæc sufficient, ut quilibet possit amplecti, vel non amplecti sententiam Lugonis, quæ sic explicata nobis placet; quidquid in contrarium videatur docere Sanchez Sum. I. 4. c. 14. n. 21. ibi. Quod si obijicias, idem procedere, quando quis determinata die voivit jejuniū, vel recitare calculos Virginios: cum tamen tunc sit mortale ultra cum differe (ut dicimus n. 25. in fine) sed dico diversam esse rationem. Quia cum tunc sub voto comprehendatur determinata illa dies, obligatur id voto instar legis Ecclesiasticae, certam diem prescribentis, erit mortal transgressio, qualis est cum simile preceptum Ecclesiasticum frangitur. Præterea quia tocum tempus sub voto comprehensum omittitur. At ubi tempus est incertum, & ideo censendum est obligare habitat implendi commoditate, non ita rigidè hæc commoditas accipienda est, ut judicemus esse mortale, aliâ causâ urgentiori non presenti, nisi quando mora est valde notabilis. Hec ille,

Et n. 25. in fine sic ait: Atque esset culpa lethalis non implere voto tempore praefixo, etiam non in temporis honorem praefixum sit. Doceat autem ibidem tali casu, tempore elapsu manete obligationem.

Ergo oponitur hic Auctor Lugoni supra n. 90. & per consequens nobis, qui sequimur sententiam Lugonis: & recedimus in hoc puncto à Sanchez; quia nullam adserit rationem sui dicti generaliter intellectu de quacunque dilatatione.

266.

qua oppo-  
nunt op.  
Lug.  
viii.

Nam quod ait n. 21. id voto obligare instar legis Ecclesiasticae, non concernit hunc casum, in quo remanet obligatio elapsa tempore, sed alium, in quo cum tempore expirat obligatio, prout communiter expirat obligatio legis Ecclesiasticae; ubi autem non expirat, v. g. si Ecclesia præcipere Communionem hoc determinato mense, non temporis intuitu & devotione, sed tantum ut executionis termino, quo casu putat Sanchez supra non expirare obligationem, tunc dico consequenter, eum, qui differret ad unum diem illam Communionem, non peccare mortaliter.

Nec obstat, quod totum tempus sub lege comprehensum omittatur; quia solidum est alius. <sup>Objectio de aliis</sup> quia circumstantia; etiis omisso non videtur nobis peccatum mortale; quando aliquando ipsa substantia præcepti impletur; absque notabilis mora; post tempus à lege constitutum, quia parum tollitur de fine intento per talen legem. Ex fine autem cognoscimus voluntatem Legislatoris. Non ergo Legislator tam rigidus exactior censer debet; ut nolit, impletionem substantiae legis, vel ad unum diem procrastinari; absque gravi peccato. Et idem à pari censendum de Confessario; qui penitentiam determinato tempore tali modo alligavit, & de vovente; qui sic determinato tempore alligavit voto suum.

Quod Joannes Sancius supra extendit ad tres, vel quatuor dies, ut vidimus, quia illud, secundum ipsum, est modicum tempus. Immo ad octo dies ex causa lucrandi Jubileum, quod alias difficulter possit luctari. Et eodem modo argumentum de anticipatione.

Quæ argumentatio nescio an poterit displicere. Arrigat disp. 48. n. 16. ubi sic ait: Ju- <sup>sententia</sup> dico eam anticipationem unā vel alterā die eo modo factam; non forte mortale; quia licet in præceptis alius fori exterioris id sit materia gravis, quia magis ea præcepta ordinantur ad bonum Communitatris, pro quo valde expedit, ne possit fieri talis permotatio, in hoc tamen foro nostra censetur Confessarius eo rigore procedere, ut ad eam (quæ circumstantia dici potest) velit cum tanto rigore obligare: quod etiam potest dici; etiam opus illud faciendum solū sit pro uno die; v. g. Communio ad Altaropionis B. V. in ejus honorem: non enim ea circumstantia videatur ab eo adeo fortiter imperata, ut si in diem sequentem differat Communionem, aut anticipet in Vigilia, eo ipso debeat peccare mortaliter; quia responsum intenti præcipit Sacerdotis ea dilatio non videtur materia adeo gravis. Hæc ille.

Tamen si nu. 16. abolute doceat; non esse licitum anticipate orationes, v. g. si Confessarius præscribat penitentem; Debet singulis diebus orate Officium B. V. non esse, inquam, licetum, una die orare duplex officium, & altera die omittere; estō aliquando illa anticipatio aliquan-

952 Disput. 7. De Sacramento Pénitentia

aliquando posset esse utilior pénitenti, & gravior Deo; quia, inquit, haec impositio pénitentia est à potestate præcipientis, ac proinde sequitur regulam aliorum præceptorum. Ratio est; quia expediebat, ut in his rebus pénitentis non proprius judicio, sed alieno dirigere tur; quia in causa propria nemo est ordinariè prudens Jude. Hactenus Arriaga.

269.  
qua hic ex-  
penditur ab  
Auctore.

Sed si impositio pénitentia lequit regulam aliorum præceptorum, ut huc ait, jam videtur libipisi contrarius, affirms n. 16. anticipationem per unum diem, non esse mortalem, cùm anticipatio aliorum præceptorum talis sit; v. g. peccaret mortaliter, qui die Sabathō audiret Missam, & eam omittet die Dominicā. Vel, si impositio pénitentia non sequitur regulam aliorum præceptorum, saltem quoad gravitatem peccati, ut videtur supponer n. 16. ignoro plane, quomodo posset ipsi displace sententia Sancii Iuprā, quæ permittit anticipationem per octo dies causā Jubilai, vel solemnis diei. Si enim sine causa licet anticipatio per unum diem ablique gravem peccato, quidni ex justa causa licet sine omni peccato, non tantum per unum diem, sed per octo dies? Non dubito, quamquam forte dubitari posset, an Jubileum, vel solemnis dies foret justa causa excusationis ab omni peccato.

Interim si verum est, quod docet idem Auctor suprà n. 18. facilè dubium depositero. Si, inquit ille, Sacerdos non præscriperit tempus, tunc communis sententia est, dilatationem, nisi sit nimia, non esse mortalem; nimium autem dicit Diana non esse, nisi sit ultra annum. Mibi valde longum tempus videtur, maximè si pénitentia sit posita in præservationem; tunc enim propter periculum reincidentiae, cui Confessarius voluit occurrere, non putarem posse sine grave peccato differri ultra mensim, si vero non sit præservationis, intrà medium annum. Ubi iterum noto, quod sápè dixi, quando semel recedimus a punto fixo, & venimus ad materiam habentem magis & minus, difficultatum esse determinare, an hæc, an illa sit sufficiens ad peccatum grave; quia quæ uni videtur exigua, ab alio judicatur gravis. Hucusque Arriaga.

270.  
Difficile est pronuntio de causa, videlicet difficultimum determinare esse determinare, an hæc, vel illa causa sit sufficiens ad excusandum à gravi, vel etiam ab omni peccato. Ideoque si verum est, quod huc docet Arriaga, non video ego quare Iubileum vel solemnis dies non foret justa causa anticipandi, vel differendi pénitentiam per octo dies, pénitentiam, inquam, affixam certæ diei, ut termino executionis.

Dico; *Ut termino executionis*, quia si in honorem, & speciale cultum aliquius diei, v. g. Confessarius imponit auditionem Missæ vel

Communionem pro die Assumptionis B. Mariae in ejus honorem, existimantur Multi, oblationem expirare cum ipso die, adeoque pénitentem peccare mortaliter, qui codice non audit Missam, eti die frequenti audire, eodem modo quo peccat contra præceptum Ecclesie.

Sed contrarium docet Arriaga suprà, ut videtur. Item Castro Palao tom. 4. tabl. 23. disp. un. p. 21. §. 4. n. 13. ubi sic ait. Sit enim ipsus designatus à Confessario sit v. g. ut proximo die Veneris, vel Vigilia B. V. Jeunes, confitearis, aliudve opus præstas, non et dubium te obligatum esse eo die exequi. At si ob malitiam vel impotentiam eo die pénitentiam omittas, aliqui videri poterit te excusatum esse: quia illius designatio in speciem B. Virg. vel Passionis Christi Domini honorem facta est; quem honorem non refutari j. i. iunium alio die assumptum; ac proinde cessat materia præcepti, sicut cesaret, sollicitatio esset ex voto, & alio quovis præcepto. Sic sententia videtur Fagundez de secundo Ecclie l. 1. cap. 9. c. 4. n. 5. & faver Henriquez l. 5. Sum. c. 22. in fine.

Sed omnino dicendum, per se non esse obligationem ieiunii & Communionis: nam est hæc opera eo die tibi præcipiatur exequi in honorem B. Virg. vel Christi Passions non tamen hic finis est ultimus, scilicet in voto, alioque Ecclesiastico præcepto; sed et finis medius, & relatus ad finem latissimam pro peccatis commissis, & præcavendis futura. Unde celter illius finis medi consuevit, cùm non celter hic finis ultimus & præcepit, non celter præceptum.

Quod si urgeas: cessat materia præcepti, siquidem cessat fieri ieiunium in Christi, vel B. Virg. honorem, quæ sunt materia præcepta. Respondeo; cessare ex parte; sed non ex toto; cessare, inquam, quod accessorium, sed non quod principale. Etiam in predicto præcepto duo continentur, primum & principale, ieiunium; secundum minus principale & accessoriū, ut eo die in honorem Virginis Jeunes, & utrumque satisfactionem praeteritorum, & futurorum mediam respicit at celste secundo, primum confitente poenitentiæ suum finem specialiter spectet. Non igitur ex designatione temporis finitur pénitentia obligatio.

Atque ita docet Suarez dicta disput. 3. sec. 7. n. 6. Coninck disp. 10. dub. 9. n. 8. & 85. Bonac. disp. 5. de Penit. q. 5. lct. 3. p. 4. n. 5. Quapropter omittere ieiunium eo die temporis vel Vigilia intentione transrendi in sequentem, credere non excedere culpam veniale ob materię levitatem. Eiususque præfatus Auctor.

Legi Suarium loco citato, ubi non trahit illam particularem casum, sed in generali loquitur

doceat hanc  
sententiam,  
pus,  
consti-  
tur,  
in pr  
tur C  
Graec  
Bonacina  
nac  
Cont  
cialed  
sed d  
intrâ  
alio  
Theo  
non  
adde  
C  
Quando la  
satisfactio ex  
plicetur cum  
alligato  
tempore.

C  
Coff  
Castro Palao.  
C  
per I  
buittu  
lerabit  
injunct  
mensis  
tempor  
conser  
quia  
impot  
obligat  
perfili  
Hæc c  
Hæc  
tempor  
clarat  
quanc  
constat  
Ta  
suprà  
tamque  
Fernar  
Nimis laxa  
§. 2.  
Miscre  
ligatio  
tiam  
fellar  
Collig  
imundi  
propre  
quasi  
tiam,  
differ  
Non proba  
Se  
tore cap.  
Omnis ura  
Majus &c.  
dem p  
de P

## Sect. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 12. 953

ie Assumptionis B. Mis-  
exitimantur. Multi, obli-  
ipso die, adicere  
mortaliter, qui co-die  
est die sequenti audire,  
et contra praeceptum

doceat hanc loquitur dicens: Si Confessor designat tem-  
pore, intrâ illud implenda est (Satisfactio) ut  
constat, quid si forte intrâ illud non imple-  
tur, non statim cessat obligatio, ut contingit  
in preceptis Ecclesiasticis &c. Similiter loqui-  
tur Coninck, non n. 84. & 85. ubi nihil de  
hac questione, sed n. 83. Nec aliud docet Bo-  
nacina. Et ratio esse potest; quia ordinarii  
Confessor designans tempus, non intendit spe-  
ciale honorem, aut cultum ejus temporis,  
sed dumtaxat praesigit terminum executionis;  
intrâ quem vult impleri satisfactionem absque  
alio respectu. Et tunc communiter docent  
Theologi cum Suario, & Aliis suprâ citatis,  
non expirare obligationem cum tempore,  
ad eos; parvam dilationem non esse mortalem.

Cum hac autem sententia optimè & firmè  
simile sit, obligationem expirare, quando  
Confessarius expressè addit se præcipere, v. g.  
jejunium, in speciale cultum & honorem hu-  
ius vel illius diei: & non dubito, quia sic  
possi præcipere, si velit. An autem semper  
velit, sub judice lis est.

Concedunt prelati Auctores, etiam Ca-  
stro Palao suprâ, sic velle, quoties penitentia  
& Communio: nam  
tibi præcipitur exequi  
g. vel Christi Passions:  
est ultimus, sicut est in  
lastico præcepto; sed est  
ad finem satisfaciendi  
is, & præcavendi futura  
is finis medi concreta  
nis ultimus & præcipitus.  
cessat materia præcepti  
jejunium in Christi, vel  
quæ fuit materia præ-  
care ex parte, sed non ex  
quod accessorium, sed  
le. Etenim in prædicto  
primum & principale  
minus principale  
eo die in honorum Virgi-  
nique satisfactionem præ-  
orum medelam respici  
primum confiterere potest,  
sicut alter spectet. Non ig-  
noscitur temporis finitur peni-  
tentia.

Suarez dictâ disput. 38. Sart.  
disp. 10. dub. 9. n. 84. Cib.  
de Penit. q. 5. lœti. 3. Zoc.  
er omittit jejunium co-  
gilis intentione transfe-  
cenderem non excedere  
materialia levitatem. Huc  
oc citato, ubi non trahit  
loquitur

274. Quando fa-  
tisatio ex-  
priet cum  
aliquando  
tempore.  
Coffre Palao.

275. Sententia  
Tho. à Jefu  
communi-  
ter à DD. i.e.  
probatur.

Nimis laxa  
videatur ien-  
tentia An-  
tonii Fer-  
nandez.

Non proba-  
tur cap.  
Omnis utrius-  
que &c.

276. Ex quo  
anno consti-  
tuunt, seu adimplendi  
divinum Confessionis, & per consequens ad-  
implendi injunctam penitentiam, non vi pre-  
cepti Confessionis annua quasi penitentis  
omittens penitentiam, peccaret contra pre-  
ceptum Ecclesiasticum annua Confessionis;  
hoc quippe haec nemo docuit, sed ex  
præcepto integratis Sacramenti, & speciali  
præcepto Confessarii; adimplendi, inquam,  
injunctam penitentiam juxta regulas commu-  
nes, seu tempore ordinario, id est, quâm  
primum moraliter, hoc est, commodè fieri  
potest.

quam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua  
solus peccata saltem semel in anno fideliter confitea-  
tur proprio Sacerdoti, & inunctam sibi penitentiam  
propria viaibus studeat adimplere.

Ex quo textu colligitur obligatio semel in 276.  
anno consti-  
tuunt, seu adimplendi præceptum  
divinum Confessionis, & per consequens ad-  
implendi injunctam penitentiam, non vi pre-  
cepti Confessionis annua quasi penitentis  
omittens penitentiam, peccaret contra pre-  
ceptum Ecclesiasticum annua Confessionis;  
hoc quippe haec nemo docuit, sed ex  
præcepto integratis Sacramenti, & speciali  
præcepto Confessarii; adimplendi, inquam,  
injunctam penitentiam juxta regulas commu-  
nes, seu tempore ordinario, id est, quâm  
primum moraliter, hoc est, commodè fieri  
potest.

Quod autem sufficiat, hodie confiteri, & in  
fine anni adimplere penitentiam, ex quibus  
verbis colligitur aut probatur? Ad forte ex  
illis: Saltem semel in anno? Quippe ex his col-  
ligitur & probatur penitentem posse differre  
suum Confessionem usque ad finem anni; ergo  
similiter posse differre ad impletionem peni-  
tentiae injunctæ usque ad finem anni.

Resp. Neg. Conseq. si intelligas finem anni 277.  
à tempore injunctæ penitentiae. Alioquin, Solvit  
sicuti primo die anni non tenetur confiteri, sic  
neque adimplere injunctam penitentiam, im-  
mo impossibile est implere, cum supponatur  
non injuncta, quoniam non nisi in Confessio-  
ne injungitur: sicut ergo potest differre Con-  
fessionem usque ad finem anni, ita etiam ad-  
implectionem penitentiae tali sensu. Ergo si  
confessus fuerit in principio anni, potest differ-  
re adimplectionem injunctæ penitentiae usque  
ad finem anni, negatur Conseq.

Alius si ultimo die anni confiteretur, etiam  
eodem die debet adimplere penitentiam,  
quod constat esse falsum. Probatur sequela;  
quia semel in anno, secundum te, debet ad-  
implere penitentiam, sicut semel in anno de-  
bet confiteri; sicut ergo ultimo die anni tene-  
tur confiteri; si prius non fuerit confessus,  
etiam consequenter tenebitur ultimo die anni  
adimplere penitentiam injunctam.

Tantum addo sententiam Thome à Iesu,  
suprâ relatum, communiter à DD. reprobari,  
tamquam constitutum probabili fundamento.  
Fernandez in Instruc. Conf. p. 1. docum. 7.  
MisCELL. resol. 53. in fine) sic ait: Habet ob-  
ligationem penitentis adimplendi penitentia-  
m ad minus intrâ unum annum, si Con-  
fessarius non obligaverit intrâ tempus brevius.  
Colligitur ex cap. Omnis de Poenit. ibi: Et  
inunctam sibi penitentiam. Sic Fernandez. Qui  
propter citatur à Diana loco mox allegato,  
quasi docuerit, possit penitentem penitentia-  
m, à Confessario injunctam, per annum  
differre.

Itaque verba illa: Saltem semel in anno, non  
afficiunt adimplectionem penitentiae, quasi  
singulis annis penitentis debet adimplere po-  
nitentiam, hoc enim falsum est, ut iam often-  
di, sed afficiunt solam Confessionem, adeo  
que nihil ex illis verbis colligitur pro senten-  
tia Fernandez. Ac proinde nullatenus admit-  
tenda sic intellecta, ut nullum sit peccatum,  
penitentiam suam differre per integrum an-  
num: sic autem intelligatur de peccato mortali;  
forte Aliquis illa dilatio non videretur  
nimis, præfertim quando penitentia non est  
præservativa, & non est periculum obli-  
gnis penitentiae vel impotentiae eam implendi.

Ecce enim

Enim-

Enimvero nimia dilatio, sufficiens ad mortale, nequit certa aliquā regulā determinari; sed necessariō relinquitur iudicio prudentium: jam autem, ut suprā notavimus, quæ uni prudenti videatur dilatio exigua, & solū venialis, ab alio judicatur gravis & mortalis. Eo semper salvo, quod ex iusta causa possit differri adimpletiō pénitentia injuncta, non solum ad unum, sed etiam ad plures annos. Nec mirum, cum ex rationabili causa possit omnis pénitentia absolvē omitti, ut edidiero Conclusionē sequenti, quæ talis est:

## CONCLUSIO XIII.

Excusat ab impletione satisfactio-  
nis injusta gravitas, impoten-  
tia physica, vel moralis ratio-  
ne paupertatis, infirmitatis, in-  
famiae &c. Et ideo non facile  
imponenda publica pénitentia,  
nisi ad eam pénitens ob-  
ligetur pro tollendo scandalo.

279.

Alia est in-  
terpretatio  
pœna, alla  
eius muta-  
tio seu abla-  
tio.  
Sarez.

Interpreta-  
tio duobus  
modis sit.

I Ta communiter DD. scribentes de hac ma-  
teria. Surius disp. 38. sect. 10. n. 1. pri-  
mam partem Conclusionis non tam probat,  
quæsupponit dicens: Distinguere oportet  
interpretationem, seu declarationem, à pro-  
pria mutatione, sive ablatione pœnae: inter-  
pretatio enim non est actus potestatis, sed pru-  
dentialia vel doctrina.

Et duobus modis habet locum in praesentis:  
Primo; si quis rationabiliter judicet Clavem  
à principio errasse, & satisfactionem injustam  
impositum: & ideo declarat pénitentem non  
teneri ad illam implendam. Secundo; si à  
principio fuit iustè imposta, postea vero pœ-  
nitentis factus est impotens, vel subfota est suf-  
ficiens causa, quæ illum excusat: tunc enim  
etiam habet locum interpretatio, & quando  
causa seu impotens revera est sufficiens ad ex-  
cusandum, non tenetur pénitentis commutationem  
postulare; quia nulla est ratio talis  
obligacionis, ut in aliis præceptis, & votis  
patet: nam quia obligatio cadit in talem actum  
vel materiam, & ille actus jam non est mora-  
liter impossibilis vel convenientis, cestat obligatio.  
Hec ille.

280.  
Pœna ab  
initio ini-  
prudent  
injuncta.  
aut poter-  
facta mora-  
liter impos-  
sibilis non  
indiget

Eodem modo loquitur Coninek disp. 10.  
n. 97. Nota, inquit, primo, nos non agere  
hic de casu, in quo aut pénitentia ab initio  
imprudenter est injuncta, ita ut vel longe pœ-  
nas debitas peccatis, quæ pénitens confessus  
est, excedat; vel ei sit moraliter impossibilis;  
aut ei initio fuerit prudenter injuncta, postea

mutatis circumstantiis est pénitentia facta mo-  
raliter impossibilis, quia eam sine gravi in con-  
commode explere non potest. Tunc enim Con-  
silia potestate opus est, quæ illa in aliam mu-  
tetur, sed solū prudenti iudicio, quo causa  
cognitâ judicetur hic & nunc, vel ex toto,  
vel ex parte non obligare. Huculque Co-  
ninek.

Ubì nota haec verba: Vel longe pœnas deli-  
cas peccatis, quæ pénitentis confessus est, excede-  
cū enim defectu exactæ scientie gravatus  
peccatorum, & pœnarum temporalium cor-  
respondentium, nequeat Sacerdos temperan-  
tingere indivisibilē punctum pœnas debitis  
pro peccatis confessis, hanc facile proportione-  
vem aliquem excessum pénitentia est omittenda,  
vel motanda proprio iudicio; stat enim  
manifeste constare de notabilis aliquo excede-  
bita, quoriam haec pœna non consistit in indivi-  
sibili, sed habent latitudinem, ut cum Seco  
diffusus disputavimus & conclusimus hujus  
hac Sectione Conclus. 3; ad quam remitto Le-  
ctorem.

Hinc non assentior Hiquo in suo Com-  
ment. 4. dist. 19. q. un. n. 81. ubi sic ait: Ex  
his sequitur altera Conclusio Doctoris, nem-  
pe, si Sacerdos non servet latitudinem debi-  
tam satisfactionis, ab eo deficiendo, vel non  
possibiliter excedendo, iudicium illud non esse na-  
tum in calo: tenetur quidem pénitent ex  
præcepto Ecclesiæ, cui se subiect, adimplere  
pénitentiam acceptatam, ut in tertio argu-  
mento docet; sed exhibito actus compelli-  
tur a Deo per remissionem alterius pœnae  
debitæ, vel ad meritum gratia & glorie, quæ  
liberalis est in donis suis, nec opera nulli re-  
linquit sine præmio: quod si satisfactionem  
deficiens, acceptabitur pro rata & valore hoc.  
Hec ille.

Sed contra; pénitentia notabiliter ex-  
dens latitudinem debitam, est injuncta, & ideo  
non ligat; velut lex injuncta non ligat, quia non  
vera lex, juxta illud Evodii apud D. Aug.  
gust. l. 1. de lib. Arbit. c. 5. Mibi lex est non  
videtur, quæ iusta non fuerit. Et illud D. Aug.  
lib. 19. de Civit. c. 21. Quod iure sit, potest  
iustè sit. Quod autem sit iniuste, nec iure fieri posse.  
Non enim iura dicenda sunt, vel putanda iniqua  
minuta constituta.

Nec contrarium docet Scotus in tertio ar-  
gumento, ut perperam ait Hiquo super hanc  
enim inquit Doctor illo loco n. 25. Item pœna  
Sacerdos imponat pénitentiam aliquantulum mai-  
orem, quam respondet peccatis, non est probabile,  
quæ pénitentis teneatur eam implere; ergo si ali-  
quantulum minus pœna condigna, illa videtur obli-  
gere: nam si non sufficeret aliqua curia illam pœ-  
nualem, quam dictat divina iustitia: ergo non exi-  
gitur explere aliam ultra illad punctuale dimi-  
nuta.

283.

Juris  
ex du-  
plici capi-  
torum  
Impe-  
rii. 6. de  
Reg. Iuris in  
6 Lx 185. ff. ultra  
Stella  
&c. a  
rem f  
vel alt  
si hanc  
ita rel  
præfici  
ri &c.  
Ele  
Gaud. inffit.

Concl  
exifin  
rativer  
facer

284. Si  
Satisfactio  
physice aut  
moraliter  
Impossibilis  
bono  
dendre  
la fit  
obligi  
Nemo  
faciente  
sed q